



Fig. 30.

Num. 2

sufficit, quandoquidem non solum generaliter & ratio & experientia docet corporum motus ex objectis aliis corporibus reflexos, primis suis ac directis motibus semper esse debiliores, sed speciatim etiam lumen Solis e. g. ex corpore Lunæ, Martis, Jovis &c. reflexum valde languidum experimur, & in alio, lychni ardentis inter duo specula constituti, experimento manifestimè deprehendimus, ex multiplici luminis ab uno speculo in alterum reflexione accensi lychni species multiplicari, sed ita, ut gradatim eò obscurior ac debilior sit quælibet species, quò plures reflexiones passi fuerint radii eam pingentes: Ut hoc pacto, si verum sit, quod Schottus dicit, eandem esse in sono rationem, quæ est in lumine, contrarium

Observ. I.